Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift



possessiunculis alebant. ipsi poci foris positi desinant concupiscere aliena.
s; intrent unitatis societatem. ut parit gubernem non illa tm quae dicunt sua.
uerum i quae dicunt et nra. Scriptum est enim. Omnia nra. uos autem xi. xi autem dei. Ibi.
Quicquid quod noie Diuicie impiorum iustis thesaurizantur: lxxxx.
ecclarum a parte donati possidebant. xiani imperatores legibus
religiosis cum ipsis ecclesiis ad catholicam transferre iusserunt. Et post pauca. Si
autem considerem quod scriptum est in libro sapientie. ideo iusti tulerunt spolia impiorum. item
quod in proverbiis legitur. Thesaurizant autem iustis diuicie impiorum. tunc uide
bimus non esse querendum quod habent res hereticorum. i quod sint in societate iustorum.
Item post aliqua. Si corpus xi tollit spolia impiorum. et corpori xi thesaurizant di
uicie impiorum. non debent impii foras remanere ut calumpnientur. s; intrare
poci ut iustificentur. Item post aliqua. In xi quod compage corporis ueniant. et la
bores suos non dominandi cupiditate s; bene utendi pietate possideant.
Nos autem uoluntatem nram ut iam dictum est ab huius cupiditatis sordibus quoli
bet inimico iudicante purgauimus. quin eos ipsos quorum labores dicun
tur: ut nobiscum et illis et nris in societate catholica utantur. quantum
ualemus inquirimus. His quoque auctoritatibus liquido monstratur quod ea que
ab hereticis male possidentur a catholicis iuste auferantur. nec ideo ali
ena possidere dicuntur. De epis uero uel quibuslibet clericis quod nec sua auctori VII.Q.
tate nec auctoritate romani pontificis arma arripere ualeant. faci
le probatur. Cum enim Petrus qui primus apostolorum a domino fuerat electus materiale gla
dium exereret. ut magistrum a iudeorum iniuria defensaret. audiuit.
conuerte gladium tuum in uaginam. Omnis enim qui gladium acceperit gladio
peribit. ac si aperte diceretur: Hactenus tibi tuisque predecessoribus inimicos dei cor
porali gladio licuit persequi. deinceps in exemplum pacientie gladium
tuum. i. tibi hactenus concessum in uaginam conuerte. et spiritualem tm gladium quod est uerbum
dei in mactatione uetus uite exerce. Omnis enim. preter illum uel auctoritatem
eius qui legitima potestate utitur. qui ut apostolus ait. non sine causa gladium por
tat. cui in omnis anima subdita esse debet. omnis inquam qui preter huius auctori
tatem gladium acceperit gladio peribit. Item ambrosius. Arma epi lacrime
sint et orationes. Item illud apostoli non uosmetipsos defendentes karissimi. quamuis
omnibus generaliter dicatur. specialiter tm prelatis dictum intelligitur. His ita respon